

Publication/Creation

June 1949

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/x9ng72gv>

License and attribution

Wellcome Library; GB.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

commanduntur. Emplastra autem dentibus dolentibus poni oportet eiusmodi: aphronitri ✕ II. piperis ✕ III. herbae pedunculariae ✕ V. resinae terebinthinae tantundem, haec colliguntur, & in lita linteolo, uel aluta, dolenti maxillae imponuntur, sed si excauatus fuerit dens inijcitur in cauernam eius quantum sit satis medicamenti, ad explendum locum, tum cera tegitur exterior pars foraminis. Item emplastrum alio modo conficiendum aduersum dentium uitia, pyretri ✕ III. cedriae ✕ III. amurcae coctae ✕ XVI. sulfuris uiui ✕ XVI. picis liquidae ✕ XII. bituminis aridi ✕ VII. aestiuis temporibus confici oportet hoc medicamentum, ita ut sub ortu sideris canis haec teratur in sole calidissimo, donec habeant ceroti teneri spissitudinem. Item aliud emplastrum aduersum dentium dolores, piperis, pyretri, sulphuris uiui, foreos, singulorum ✕ III. amurcae ✕ VI. arboris mori lacrymae ✕ V. picis liquidae ✕ II. aluminis fissi ✕ III. cedriae ✕ X. bituminis aridi ✕ VI. herbae pedunculariae ✕ II. similiter sub ortu canis componitur hoc emplastrum, & ut superscriptum est, adhibetur maxillae in qua dens dolet, linteolo deso uel alutae inlitum. Item aliud emplastrum, piperis, opii, oliuae aethiopicae, lacrimae mori, myrrae, singulorum ✕ binos, hederae nigrae bacarum ✕ III. betae nigrae radices succum, uel eiusdem foliorum succum ✕ III. omnia trita in unum consparguntur & incorporantur, & melle colliguntur, atque ita ut superscriptum est, affectae maxillae ad sedandum dolorem dentium, & gingiuarum, & geuissarum adhibetur. *Geuissae*
Dentium dolorem sedabit si quis gramem masticeet patienter & in doloris locum collocet. Cauos dentes cinis murini fimi inpositus sanat & supplet. dicuntur dentes ei non putrescere nec uacillare, qui mane ieiunus sub lingua salem assidue continuerit. Dentem cum dolebis si circa eum gingiua suppurabit scalpellabis & herbae millefolij radices teneras comasticabis, tum succum eius in ea parte in qua dens dolet tenebis. Papaueris succum tritum cum lacte muliebri, denti causario infundes, statim prodest. Carme ad dentium dolorem mirificum de experimento. *Say 3 times*
luna decrescere die martis, siue die iouis, haec uerba dices septies, argida, mar
gida, sturgida. *die win*
dolorum rupes etiam, si calciatus sub diuo, supra terram uiuam stas *Since Do*
caput ranae adprehendes, & os aperies, & spues intra os eius, & rogabis *Since Do*
ut dentium dolores secum ferat, & tum uiuam dimittes, & hoc die bono & hora bona *Since*
facies. Vermiculus in cardone herba inuentus, phoenicio inligatus collocque super spesus, dolori dentium medetur. Cucurbitae satiuae coctae succus in linteolo expressus, & in ore tentus, & dolorem inhibet dentium, & cohercet mobilitatem. Acetum tepidum scilliticum in ore retentum, & gingiuas tumentes constringet, & continet dentes uacillantes. Caprifici radix uino decocta tritaque maxillae inponitur, ac desuper ligatur, & illud uinum in ore diu tenetur, ualde remedio est dentibus. Ruborum cymae tenerae ex uino uetere coquantur, & id uinum saepius ore continetur, interdum & gargarizatur: quod statim gingiuis, uuae, & dentibus prodest. Quinq; folium in quo fraga nascuntur, colluitur ex aqua marina, deinde ad tertias decoquitur ex uino aut aceto, idque in ore diutius continetur: etiam exustae eius herbae cinis prodest, si eo dentes infricentur. Vermes ter
reni id est lumbrici decocti in oleo & triti, infunduntur auriculae ab ea parte